UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico

München, 1649

Oremus.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55294

Visual Library

IESV qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Antiphona. Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Oremus.

DEVS qui glorioſo ac mirabili nomine dilectum vnicum tuū, Filium Redemptorem noſtrum, IESVM appellare voluiſti: concede propitius, vt qui eiuſdem benedicti Saluatoris nomen celebriter veneramur in terris, eius

felici conſortio perenniter perfruamur in cœlis, Amen.

ACTVS CONTRITIONIS.

DOMINE mi IESV Christe, verus DEVS, & verus homo, Creator & Saluator meus, doleo ex toto corde meo quod te offenderim, quia tu Deus meus es, & te amo ſuper omnia; firmiterque ſtatuo numquam poſthac peccare, ſed omnes peccandi occaſiones euitare. Propono quoque peccata mea confiteri, pœnitentiam quæ iniuncta fuerit exſoluere, & ſi quid alicui de-